bonisque suis omnibus incorporandum et subiiciendum presentibus libere perexpressumque ipsa vigore officii cum consensu mariti sui Rmi et quilibet illorum seorsim Rmi, Et ita sibi mutuo et invicem omnium et singulorum bonorum suorum hereditariorum et obligationum mobilium et immobilium in quibuscumque terris et fructibus Regni Poloniae consistentibus cuicumque viri et iurisdictioni subiectis nunc habitis et habendis nec non omnium et singularum summarum pecuniariarum in quibuscumque bonis actis quibuscumque Regni inscriptis et non inscriptis in depositoque existentibus quatenus universorum quocumque nomine et cognomine vocatis et nuncupatis nullis penitus exceptis et exclusis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis mutuam adinvicem inscribunt et concedunt ad tempus duntaxat vitae suae extrema tali vigore modo et ordine Rmi si eundem Tharnawski prius quam praefatus Joffiam de hac luce migrare contigerit, Et tunc praefatus Joffia bona quatenus omnia hereditaria et obligationum mobilia et immobilia morte ipsius derelicta tenebit habebit et possidebit cum omni iure dominio et proprietate sine usque ad extrema vitae suae tempora post mortem vero ipsius Joffiae bona praefatus omnia eiusdem Thomae Tharnawski sine quavis contradictione successorum praefatus Joffiae pleno et integro iure devolvantur et devolvi debent, Et similiter si contigerit eandem Joffiam prius quam eundem Tharnawski mori, Et tunc idem Thomas Tharnawski bona praefatus omnia per ipsam Joffiam habitis et morte ipsius derelicta tenebit habebit et possidebit cum omni iure dominio et proprietate sine usque ad tempora vitae suae extrema post mortem vero eiusdem Tharnawski bona praefatus omnia eiusdem Joffiae propria et per ipsum Tharnawski possessa ad successores ipsius Joffiae sine quavis contradictione successorum praefatus Thomae Tharnawski pleno et integro iure devolvantur et devolvi debent, Itaque ex nunc coram officio praesenti ipsi conviges in bona praefatus mutuo sibi adinvicem inscriptis dant et dederunt realem utrorum cum actuali et pacifice possessione quam mihi firmatum est.

Chmieleczky et Tharnawsky

inscribunt se unus alteri mutuo inscriptiones transportare

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Generosus Hieronimus Chmieleczki subiudex terrae Premisliensis ex una et Nobilis Thomas Tharnawski in villa Kiebuniczce certae sortis tenutarius ex altera partibus Rmi a terris et fructibus ac viribus suis quibuscumque propriis huic vero praesenti iurisdictioni se successores ac bona sua universa quo ad actum praesentem attinet incorporandum et subiiciendum meum et corpore sani existentes presentibus perexpressumque Rmi et quilibet illorum seorsim Rmi, Et ita se successores in universis bonis suis habitis et habendis mutuo unus alteri inscribunt et obligant, Inscriptiones omnes per eosdem coram officio praesenti sub actu hodierno factae et inscriptis vigore idem Hieronimus inscriptionem per eundem praefatum Tharnawski super summam mille ducenti florenorum in bonis mille Niebuniczce modo obligatio factae et ipse Thomas Tharnawski inscriptiones omnes vigore inscriptionum reformationis Joffiae consorti suae factae nec non inscriptionem adinvicem alterius mutuae una cum consorte sua factae Tum etiam quod consors sua inscriptionem abrenuntiationis de bonis praesentibus et mandatis in manus praesentis sui factae, quatenus se mutuo unus alteri inscribunt inscriptiones praefatae in quemcumque sensum mutuo coram officio praesenti recognitae et die hodierna recognitae

914

quecumque indigent transportatione ipse vigore Tharnawski cum Nobili Joffia consorte sua praesentibus in iudicio terrestri Premisliensi seu possessionem iudiciam primam et secundam transfert et transportavit et in acta terrestria Premisliensi inducere et accipere sub nadto simili mille ducenti florenorum pecuniae mon. Poloniae nihilominus se successores de omnibus bonis suis inscribunt et obligant Inscriptionem praesentem et actis praesentibus ad acta terrestria Premisliensia ad unius anni decursum transportatur et in acta terrestria mutuo inducere sub simili nadto mille ducenti florenorum pecuniae mon. et iuris Poloniae Lro quo nadto vadiisque si se mutuo unus alteri cum successoribus citatum permiserit et successores permiserint, Et tunc a terris et fructibus viribusque suis quibusvis propriis Rmo coram castrensi et terrestri Premisliensi iudiciis in primo uti peremptorio citationis termino stare parere et rendere ac pro praefatus nadto ab iudice non rendendo sub alio simili nadto. Omnibus quemque industria humana parantur exceptionibus controversiis evasionibus praescriptionibus suspensionibus ultionibus appellationibus earumque per adiectiones prosequutionibus Bellis conventionibus vera ut simplici infirmitatibus actione pro maiori statutis novis vel veteribus ad quietationem et ad exitiorem ad munimen quemque dilationem sibi non recipiendi clinorem vitate successorum pena trium marcarum et triplici pena ac aliis omnibus quatenus dilationibus de iure et consuetudine dari solitis nisi omnibus remediis semotis et in partem reiectis satisfacere unus alteri mutuo tenetur quoniam opus fuit tenebitur et successores ipsius tenebuntur Nulla in praemissis omnibus praesentibus terris obstante Quod mentis firmatum est.

Tharnawsky quiettat Chmyele:

czki subiudicis Premisliensis de processu iudicio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Thomas Tharnawski Rmo a iure suo terrestri huic vero praesenti castrensi iurisdictioni se successores ac bona sua universa quo adhuc actum incorporandum et subiiciendum meum et corpore sanus existens presentibus libere perexpressumque Rmi. Et ita Generosum Hieronimum Chmieleczki de Chmielek subiudicem terrestrem Premisliensem de omnibus lucris per lucris ac processu quovis iudicio per eundem Thomam Tharnawski in et super eodem Generoso Hieronimo Chmieleczki pro nadto vigore inscriptionis terris Premisliensis per Generosum Ludovicum Sorntha de Mlodachiche sibi coram actis quibuscumque transfusis et condescensis ob non completionem certarum conditionum in eadem inscriptione contentis descriptis et expressarum succubitis et vadiis succubitis in officio praesenti castrensi Premisliensi et alio quocumque iudicio et officio Regni Poloniae perducti obtentis et acquisitis quiettat et liberum facit perpetuis temporibus ob satisfactionem sufficientem sibi per eundem Chmieleczki omnimode praestitam ac eadem lucra per lucra processusque quosvis iudiciis in quocumque puncto et eodem iure dependentes cassat mortificat obliterat et in nihilum redigit perpetue, ac eosdem processus iudiciis tum lucra et per lucra praefatus vigore continuare non vult, imo ab eisdem personali sua recognitione recedit recedit, silentium sibi successoribusque suis rationem praemissis omnium perpetuum et eventum imponens, Quod mentis firmatum est

915